# Synopsis Rituum

*Gabriel S. Díaz Patri*



**Universidad Nacional de Cuyo**

*Centro de Estudios Filosóficos Medievales*

***S.E.L.M.***

*Sección de Estudios de Liturgia Medieval*

*2º Edición " Pro manuscripto" Agosto 2004*

| Romanus | Lyonensis | Bracarensis | Ord. Praedicat. | Cartussiensis | Carmelitanus | Ambrosianus | Mozarabicus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni et adjuvando prosequere; ut cuncta nostra operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. | | | | Per gloriam nominis tui Christe fili Dei vivi et per intercessionem sancte Marie Virginis et beati Jacobi et omnium Sanctorum tuorum auxiliare et miserere indignis servis tuis et esto in medio nostri Deus noster qui vivis et regnas in secula seculorum. Deo gratias. |
| | | Ave Maria, grátia plena : Dóminus tecum, benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus véntris tui, Jesus.<br>R/ Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis, peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen. | | | | | Ave Maria. |
| In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen. | In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. |
| | | Sancti Spíritus adsit nobis grátia. Amen. | | | | | Sancti Spiritus adsit nobis gratia. |
| Introíbo ad altáre Dei. | Introíbo ad altáre Dei. | Introíbo ad altáre Dei. | | | | Introíbo ad altáre Dei. | Introíbo ad altáre Dei. |
| Ad Deum qui laetíficat iuventútem meam. | Ad Deum qui laetíficat iuventútem meam. | Ad Deum qui laetíficat iuventútem meam. | | | | Ad Deum qui laetíficat iuventútem meam. | Ad Deum qui laetíficat iuventútem meam. |
| **Psalmus 42, 1-5.** | | **Psalmus 42, 1-5.** | | | | | **Psalmus 42, 1-5.** |
| Introíbo ad altáre Dei... | | Introíbo ad altáre Dei... | | | | | Introíbo ad altáre Dei... |
| Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br>Qui fécit cœlum et terram. | | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br>Qui fécit cœlum et terram. | | | | | |
| | | | | | | | Dignare Domine die isto.<br>Sine peccato nos custodire. |
| | Pone Domine, custodiam ori meo.<br>Et ostium circumstantiae labiis meis. | | | Pone Domine, custodiam ori meo.<br>Et ostium circumstantiae labiis meis. | | | |
| | Confitemini Domino quoniam bonus.<br>Quoniam in saeculum misericordia ejus. | | Confitemini Domino quoniam bonus.<br>Quoniam in saeculum misericordia ejus. | | Confitemini Domino quoniam bonus.<br>Quoniam in saeculum misericordia ejus. | Confitemini Domino quoniam bonus.<br>Quoniam in saeculum misericordia ejus**.** | Confitemini Domino quoniam bonus.<br>Quoniam in seculum misericordia ejus. |
| | | | | | | | Ora pro nobis sancta Dei genitrix. |
| | | | | | | | Ut digni efficiamur promissionibus Christi. |
| Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.<br>Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, Sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, ómnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum. | Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.<br>Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, Sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, ómnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum. | Confíteor Deo omnipoténti, **et** beátæ Maríæ Vírgini, et sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, **locutione,** ópere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.<br>Ideo **dé**precor **beatíssimam** Vírginem Maríam, et ómnes Sanctos et Sanctas Dei, et vos, fratres, oráre pro me. | Confíteor Deo omnipoténti, **et** beátæ Maríæ semper Vírgini, **et beáto Domínico Patri nostro** et ómnibus Sánctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, **locutione,** ópere et omissione: mea culpa,<br>precor vos oráre pro me. | Confíteor Deo, et beátæ Maríæ**,** et ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis**: mea culpa, per superbiam** cogitatióne**, locutione**, ópere et omissione,<br>precor vos oráre pro me. | Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, **beáto Patri nostro Elíæ** ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, **locutione,** ópere et omissione: mea culpa.<br>Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, **beátum Patrem nostrum Eliam**, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum **Jesum Christum**. | Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sánctis et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.<br>Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, Sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, ómnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum. | Confiteor omnipotenti Deo et beate Marie Virgini: et Sanctis Apostolis Petro et Paulo et omnibus Sanctis: et vobis fratres **manifesto me graviter peccasse per superbiam: in lege Dei mei:** cogitatione: **locutione**: opere et omissione: mea culpa: mea culpa: **gravissima** mea culpa.<br>Ideo precor **beatissimam** Virginem Mariam: et omnes Sanctos et Sanctas**:** et vos, fratres orare pro me. |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Misereátur tui omnípotens Deus,<br>et dimíssis peccátis tuis<br>perdúcat te ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus,<br>et dimíssis peccátis tuis<br>perdúcat te ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus,<br>et dimíssis peccátis tuis<br>perdúcat te ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus,<br>et **dimittat** tibi **omnia peccata tua:** líberet te ab omni malo, *salvet* et confirmet in omni opere bono et perdúcat te ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus, per intercessionem Beatae Mariae et omnium Sanctorum et **dimittat** tibi **omnia peccata tua:**<br>et perdúcat ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus,<br>**et dimittat** tibi **omnia peccata tua:** líberet te ab omni malo, *conservet* et confirmet in omni opere bono et perdúcat ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur tui omnípotens Deus,<br>et dimíssis peccátis tuis<br>perdúcat te ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereatur tui omnipotens Deus,<br>et dimissis omnibus peccatis tuis:<br>perducat te ad vitam eternam.<br>Amen. |
| Confíteor ... | Confíteor ...<br><br>Amen, fratres, per virtutem sanctæ crucis et per intercessionem beatæ et gloriosæ semperque Virginis Mariæ et per merita omnium sanctorum et sanctarum Dei. | Confíteor ... | Confíteor ... | Confíteor ... | Confíteor ... | Confíteor ... | Confíteor… |
| Misereátur vestri omnípotens Deus,<br>et dimíssis peccátis vestri s<br>perdúcat vos ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur nostri omnípotens Deus, **et dimíttat nobis ómnia peccata, et** perdúcat nos **Dóminus noster Jesus Christus cum suis Sanctis** ad vitam aeternam.<br>Amen. | Misereátur... | Misereátur vestri omnípotens Deus,<br>et dimíssis **omnibus** peccátis vestri s<br>perdúcat vos ad vitam aetérnam.<br>Amen. | Misereátur... | Misereátur... | Misereátur **nostri**... | Misereatur… |
| Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum,<br>tríbuat nobis omnípotens<br>et miséricors Dóminus.<br>Amen | Absolutiónem et veram remissiónem omnium peccatórum **vestrórum, per confessionem, contritionem, poenitentiam, et per satisfationem et emendationem vitae,**<br>tríbuat **vobis** omnípotens **Pater, pius** et miséricors Dóminus.<br>Amen. | Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem **omnium** peccatórum nostrórum,<br>tríbuat nobis omnípotens<br>et miséricors Dóminus.<br>Amen. | Absolutiónem, et remissiónem omnium peccatorum **vestrórum,**<br>tríbuat **vobis** omnípotens<br>et miséricors Dóminus.<br>Amen**.** | | Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem omnium peccatórum nostrórum,<br>tríbuat nobis omnípotens<br>et miséricors Dóminus.<br>Amen**.** | Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum,<br>tríbuat nobis omnípotens<br>et miséricors Dóminus.<br>Amen | Indulgentiam absolutionem et remissionem omnium peccatorum **vestrorum**<br>**cum emendatione morum et vite: per gratiam Sancti Spiritus** tribuat **vobis**<br>misericors Dominus.<br>Amen. |
| | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br><br>Qui fécit cælum et terram.<br><br>Sit nomen Domini benedictum.<br>Ex hoc nunc et usque in sæculum. | | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br><br>Qui fécit cœlum et terram. | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br><br>Qui fécit cœlum et terram. | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br><br>Qui fécit cœlum et terram. | Adiutórium nostrum in nómine Dómini.<br><br>Qui fécit cœlum et terram.<br><br>Sit nomen Domini benedictum.<br>Ex hoc nunc et usque in sæculum. | |
| Deus, tu convérsus vivificábis nos.<br>Et plebs tua laetábitur in te.<br><br>Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.<br>Et salutáre tuum da nobis. | | Deus, tu convérsus vivificábis nos.<br><br>Et plebs tua laetábitur in te.<br><br>Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.<br>Et salutáre tuum da nobis. | | | | | Deus tu conversus vivificabis nos.<br><br>Et plebs tua letabitur in te:<br><br>Ostende nobis Domine misericordiam tuam.<br>Et salutare tuum da nobis.<br><br>Sacerdotes tui induantur justiciam.<br>Et Sancti tui exultent. |
| Dómine, exáudi oratiónem meam.<br>Et clámor meus ad te véniat.<br><br>Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dómine, exáudi oratiónem meam.<br>Et clámor meus ad te véniat.<br><br>Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dómine, exáudi oratiónem meam.<br>Et clámor meus ad te véniat.<br><br>Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | | | | | Domine exaudi orationem meam.<br>Et clamor meus ad te veniat.<br><br>Dominus vobiscum.<br>Et cum spiritu tuo.<br><br>Oremus. |
| Aufer a nobis, quaésumus, Dómine, iniquitátes nostras:<br>ut ad sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. | | Aufer a nobis, quaésumus, Dómine, **cunctas** iniquitátes nostras:<br>ut ad sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. | Aufer a nobis, quaésumus, Dómine, **cunctas** iniquitátes nostras:<br>ut ad sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. | | Aufer a nobis, quaésumus, Dómine, **cunctas** iniquitátes nostras:<br>ut ad sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. | | Aufer a nobis quesumus Domine: **cunctas** iniquitates nostras: **et spiritum superbie et elationis cui resistis: et reple nos spiritu timoris: et da nobis cor contritum et humiliatum quod non spernis:** ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per **Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum:** qui tecum vivit et regnat in uni- |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | tate ejusdem Spiritus Sancti Deus: per omnia secula seculorum. |
| Amen. | Conscientias nostras quæsumus, Domine, visitando purífica, ut véniens Dóminus noster Jesus Christus parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. | Amen. | Amen. | | Amen. | Rogo te, altissime Deus, Sabaoth, Pater sancte, ut pro peccatis meis possim intercedere, et astantibus veniam peccatorum promereri, ac pacificas singulorum hostias immolare. Per Christum Dominum nostrum. Amen. | Amen. |
| Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum quórum relíquiae hic sunt, et omnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccata mea. Amen. | | Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum quórum relíquiae hic sunt, et omnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccata mea. Amen. | | | Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum quórum relíquiae hic sunt, et omnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccata mea. Amen. | Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum quórum relíquiae hic sunt, et omnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccata mea. Amen. | |
| | Deus qui non mortem, sed pœniténtiam desíderas peccatórum, me míserum fragilémque peccatórem a tua non repéllas pietáte, neque aspícias ad peccáta el scélera mea, et immúndas turpésque cogitatiónes, quibus flebíliter a tua disjúngor voluntáte; sed ad misericórdias tuas, et fidem devotionémque eórum, qui per me peccatórem tuam éxpetunt misericórdiam. Et quia me indíginum médium inter te et pópulum tuum fieri voluisti, fac me talem, ut digne possim exoráre misericórdiam tuam pro me et pro eódem pópulo tuo. Et adjúnge voces nostras vócibus Angelórum tuórum, ut sicut illi te laudant in excélsa beatitúdine, ita nos quoque eórum intervéntu mereámur te laudáre in hac peregrinatióne. Amen. | | | | | | In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.<br>Salve crux preciosa que in corpore Christi dedicata es: et ex membris ejus tanquam margaritis ornata: salva presentem catervam in tuis laudibus jugiter congregatam.<br>Adoramus te Christe et benedicimus tibi.<br>Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.<br>Oremus.<br>Exaudi nos Deus salutaris noster: et per triumphum sancte crucis: a cunctis nos defende periculis. Per Christum.<br>Per virtutem sancte Crucis: et per intercessionem beate Marie Virginis: et beati Petri Apostolorum Principis: et omnium Sanctorum: absolve quesumus Domine nostrorum vincula delictorum: et quicquid pro eis meremur: propiciatus averte: et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per Christum Dominum nostrum.<br>Amen |
| | | | | | | | **Praeparatio donorum.**<br>*(Cf. Infra).* |
| Benedícite, pater reverénde | | | | | | | |
| Ab illo benedicáris, in cuius honore cremáberis. Amen. | | | | | Ab illo benedicáris, in cuius honore cremáberis. Amen.<br>Dirigatur, Domine, oratio mea… | *Incensatio altaris* | |
| **Introitus** | **Introitus** | **Introitus** | **Officium** | **Introitus** | **Introitus** | **Ingressa** | **Ad Missam officium** |
| | | | | | | | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. |
| | | | | | | Dominus vobiscum.<br>R. Et cum Spiritu tuo. | |
| Kyrie, eléison. | Kyrie, eléison. | Kyrie, eléison. | Kyrie, eléison. | Kyrie, eléison. | Kyrie, eléison. | | |
| Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... | Glória in excélsis Deo... |
| | | | | | | Kyrie, eléison. Kyrie, eléison. Kyrie, eléison. | ... per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. |
| Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br>Oremus. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br>Oremus. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br>Oremus. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. | |

| **Collectae** | **Collectae** | **Collectae** | **Oratio** | **Collectae** | **Oratio** | **Oratio super populum.** | **Oratio** |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | Per ómnia saécula saeculórum.<br>Amen. | | Amen.<br><br>Per misericordiam tuam Deus noster qui es benedictus: et vivis et omnia regis in secula seculorum.<br><br>Amen. |
| | | | | | | Dóminus vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus **sit semper** vobíscum.<br>Et cum spíritu tuo. |
| | | | | | | Jube domne benedicere.<br>Prophetica (Apostolica) Lectio sit nobis salutis eruditio. | |
| | | | | | | **Profetia** | **Lectio seu Profetia**<br><br>Lectio libri<br><br>R. Deo gratias.<br>R/. Amen.<br>Dominus sit semper vobiscum.<br>R. Et cum spiritu tuo.<br><br>**Hymnus Puerorum**<br><br>V. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordiam ejus.<br>R. Amen.<br><br>Dominus sit semper vobiscum.<br>R. Et cum spiritu tuo. |
| | | | | | | **Psalmellus** | **Psallendo** |
| | | | | | | Jube domne benedicere.<br>Apostolica doctrina repleat nos gratia divina. | Silentium facite. |
| Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Lectio Epistolae Beati… | Sequentia Epistolae... |
| R/. Deo grátias | R/. Deo grátias | R/. Deo grátias | R/. Deo grátias | | R/. Deo grátias | R/. Deo grátias | R/. Deo grátias<br><br>R/. Amen.<br><br>*Cfr Infra: Lauda.* |
| **Graduale** | **Graduale** | **Graduale** | **Responsorium** | **Responsorium** | **Graduale** | | |
| **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Tractus** | **Alleluia / Cantus** | |
| **(Sequentia)** | **(Prosa)** | **(Sequentia)** | **(Sequentia)** | **(Sequentia)** | | | |
| | | Benedícite, Pater reverénde. Dóminus ipse te benedicat, cujus Spíritus in mundi primórdio ferebátur super aquas. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen<br><br>Ex látere Dómini nostri Jesu Christi, sanguis et aqua exiísse perhibétur: hec ideo nos pariter commiscémus, ut miséricors Deus utrúmque ad medelam animárum nostrárum sanctificáre dignétur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen. | | | | | |
| | | | | | | | Conforta me Rex Sanctorum summum tenens principatum: da sermonem rectum et bene sonantem in os meum: ut placeam tibi et omnibus circumstantibus.<br><br>*(Diachonus vero dicat.)* |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen. | **Dómine, lábia mea apéries, et os meum annuntiabit laudem tuam.** | Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen. | | | | Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nunciare. Per Christum Dominum nostrum. | Munda cor meum corpusque ac labia mea: omnipotens et misericors Deus: qui labie Esaye prophete calculo mundasti ignito. Ita **et** me tua **gratissima** miseratione mundare digneris: ut sanctum Evangelium valeam nunciare. Per Christum Dominum nostrum. Amen. |
| | | | | | | Dominus vobiscum.<br>Et cum spiritu tuo.<br><br>Lectio Sancti Evangelii secundum N.<br>R. Gloria tibi, Domine. | |
| Iube, Dómne, benedícere. | | Iube, Dómne, benedícere. | | Iube, Dómne, benedícere. | Iube, Dómne, benedícere. | Jube domne benedicere. | Jube domne benedicere. |
| Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut dígne et competénter annúnties Evangélium suum: in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. | | Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut dígne et competénter annúnties **Sánctum** Evangélium suum: in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. | Dóminus sit in corde *meo* et in lábiis meis: **ad pronuntiandum** Evangélium **pacis.** | Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut **recte nobis pronunties** Evangélium **pacis.** | Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut dígne et competénter annúnties Evangélium suum: in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. | Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis: ut dígne et competénter annúnties Evangélium suum: in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. | Dominus sit in corde *meo* et in ore meo et in labiis meis: **ad pronunciandum sanctum** Evangelium **divinum.** |
| | | | | | | | *(Ad diachonum vero dicat.)* |
| | Corroboret Dominus sensum tuum ac labia tua: ut recte pronuncies nobis eloquia sancta sua.<br><br>Benedícite, pater reverénde<br><br>Ab illo benedicáris, in cuius honore cremáberis. Amen.<br>Pax Christi... | | | | | | Corroboret Dominus sensum tuum ac labia tua: ut recte pronuncies nobis **eloquia sancta sua**. |
| Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dominus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | | |
| Sequéntia (vel inítium) sancti Evangélii secúndum… | Sequéntia (vel inítium) sancti Evangélii secúndum… | Sequéntia (vel inítium) sancti Evangélii secúndum… | Sequéntia (vel inítium) sancti Evangélii secúndum… | Sequéntia sancti Evangélii secúndum… | Sequéntia sancti Evangélii secúndum… | | **Lectio** sancti Evangelii secundum... |
| Glória tibi, Dómine. | Glória tibi, Dómine.<br><br>Haec sunt sancta Evangelia credo et confiteor | Glória tibi, Dómine. | Glória tibi, Dómine. | Glória tibi, Dómine. | Glória tibi, Dómine qui natus es de Virgine, cum Patre et Sancto Spiritu in sempiterna sæcula. Amen. | | Gloria tibi Domine. |
| Laus tibi Christe. | Laus tibi Christe. | Laus tibi Christe. | Laus tibi Christe. | | Laus tibi Christe. | Laus tibi, Christe. | |
| Per evangélica dicta deleántur nostra delícta. | Per evangélica dicta deleántur nostra delícta. | Per evangélica dicta deleántur nostra delícta. | Per evangélica dicta deleántur nostra delícta. | | Per evangélica dicta deleántur nostra delícta. | | Ave Verbum divinum: reformatio virtutum: restitutio sanitatum. |
| | | | | | | Dominus vobiscum.<br>R. Et cum Spiritu tuo.<br><br>Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. | Dominus sit semper vobiscum.<br>R. Et cum spiritu tuo. |
| **Credo** | **Credo** | **Credo** | **Credo** | **Credo** | **Credo** | **Antiphona post Evangelium** | **Lauda** |
| | | | | | | Pacem habete.<br>R. Et cum Spiritu tuo. | |
| Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo.<br><br>Orémus. | Dóminus vobiscum.<br>Et cum spíritu tuo. | Dominus vobiscum.<br>R. Et cum Spiritu tuo.<br><br>**Oratio super Sindonem** | |
| **Offertorium** | **Offertorium** | **Offertorium** | **Offertorium** | **Offertorium** | **Offertorium** | **Offertorium** | **Sacrificium** |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | *(Explicans partem anteriorem Corporalis)*<br>In tuo conspéctu, quaesumus, Dómine, haec múnera tibi sint plácita ; ut nos tibi semper placére valeámus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen. | | | | | ***(In principio missae.** Extendens corporalia).*<br>*In tuo conspectu, quesumus Dómine , hec nostra munera tibi placita sint: ut nos tibi placere valeamus.* |
| | | | | | *(Discooperiens calicem)*<br>**In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.** | | *Attollite portas principes vestras: et elevamini porte eternales: et introibit Rex glorie. Quis est iste Rex glorie? Dominus fortis et potens in prelio: Dominus virtutum ipse est Rex glorie. Amen.* |
| | *(Discooperiens calicem)*<br>Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quae retríbuit mihi? | | Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quae retríbuit mihi? | | | | |
| | *Diác.* Immola Deo, sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua: | | *Diác.* Immola Deo, sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua: | | | | |
| | Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. | | *(Sac. offerens hostiam et calicem)*<br>Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. | | | | |
| | **Dixit Jesus discípulis suis: Ego sum panis vivus qui de cælo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum.** | | | | | | |
| | | | | | | Suscipe clementissime Pater hunc panem, sanctum, ut fiat Unigeniti tui Corpus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. | |
| Súscipe, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensiónibus, et negligéntiis meis, | | | | | Acceptabilis sit maiestati tuae, omnípotens Deus, oblatio haec: quam tibi offerimus | *Omnipotens, **sempi**terne Deus, **placabilis** et acceptabilis sit **tibi** haec oblatio, quam ego indignus*<br><br>*pro me misero peccatore et pro delictis meis innumerabilibus tuae pietati offero, ut veniam et remissionem peccatorum meorum mihi concedas, et iniquitates meas ne despexeris, sed sola tua misericordia mihi prosit indigno.* | Acceptabilis sit majestati tue omnipotens eterne Deus hec oblatio quam tibi offerimus |
| | | | | | pro reátibus et facinóribus nostris: | | pro reatibus et facinoribus nostris: |
| et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defúnctis: | | | | | et pro stabilitate sancte Ecclesie Catholice, | | et pro stabilitate sancte Catholice **et Apostolice** Ecclesie |
| | | | | | necnon et pro animábus ómnium fidélium defunctórum. | | et fidei cultoribus. |
| ut mihi et illis profíciat ad salútem in vitam aetérnam. | | | | | | | |
| Amen. | | | | | Per Chrístum Dóminum nóstrum. Amen. | *Per Christum Dominum nostrum.* | Per Christum Dóminum nostrum<br><br>In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. |
| **Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti: da nobis per huius aquae et vini mystérium, eius divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostrae fieri dignátus est párticeps, Iesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. Amen.** | | | ***(Ante missam)*** | | *(In principio Missae benedicit aquam)* | | *Praeparatio cálicis. (In principio missae).*<br>*Dignare Domine mundare vas istud: in quo sumere preciosum sanctum corpus tuum valeam. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum.*<br><br>*Misce quesumus Domine in calice isto quod manavit ex latere tuo: ut fiat in remissionem peccatorum nostrorum. Amen.* |
| | | *Benedícite, Pater reverénde.*<br>*Dóminus ipse te benedicat, cujus Spíritus in mundi primórdio ferebátur super aquas.*<br>*In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen* | | | | | *Jube Domne benedicere.*<br>***Ab illo benedicatur:** cujus Spiritus super aquas ferebatur.*<br>*In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen* |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | De látere Dómini nostri Jesu Christi exívit sanguis et aqua pro redemptióne mundi, témpore passiónis, | ***Ex*** *látere Dómini nostri Jesu Christi, sanguis et aqua exiísse* ***perhibétur****:* *et ideo nos pariter commiscémus, ut miséricors Deus utrúmque ad medelam animárum nostrárum sanctificáre dignétur.* | | *De látere Dómini nostri Jesu Christi exívit sanguis, et aqua in remissionem peccatorum* | | De latere Christi exivit sanguis, et aqua **pariter**. | ***Ex*** *látere Dómini nostri Jesu Christi, sanguis et aqua exiisse* ***perhibétur****:* **hec** *ideo nos pariter commiscémus, ut miséricors Deus utrúmque ad medelam animárum nostrárum sanctificáre dignétur.* |
| | id est mystérium sanctæ Trinitátis: Joánnes Evangelista vidit et testimónium perhíbuit, et scimus quia verum est testimónium ejus. | *Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.* | | | | | *Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.* |
| | | | *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* | *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* | *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* | In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. | In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. |
| Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divinae maiestátis tuae, pro nostra, et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. | | Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divinae maiestátis tuae, pro nostra, et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. | | | | **Suscipe, clementissime Pater, hunc calicem, vinum aqua mixtum, ut fiat Unigeniti tui sanguis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.** | Offerimus tibi Domine calicem: ad benedicendum sanguinem Christi Filii tui: deprecamurque clementiam tuam: ut **ante** conspectum divine Majestatis tue cum odore suavitatis ascendat. Per eundem Christum Dominum nostrum. |
| | *(Offerens hostiam et calicem)* Hanc oblationem, quæsumus, omnípotens Deus, ut placátus accípias, et ómnium offeréntium, et eórum pro quibus tibi offértur, peccáta indúlge. | | | | | | Hanc oblationem quesumus **Domine** placatus **admitte:** et omnium offerentium eorumque pro quibus tibi offertur peccata indulge. Per Christum Dominum Nostrum. |
| | | | | | | Omnipotens, sempiterne Deus, placabilis et acceptabilis sit tibi haec oblatio, quam ego indignus pro me misero peccatore et pro delictis meis innumerabilibus tuae pietati offero, ut veniam et remissionem peccatorum meorum mihi concedas, et iniquitates meas ne despexeris, sed sola tua misericordia mihi prosit indigno. Per Christum Dominum nostrum. | |
| | | | | | | Et suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus pro regimine et custodia atque unitate catholicae fidei et pro veneratione quoque beatae Dei genitricis Mariae omniumque simul Sanctorum tuorum, et pro salute et incolumitate famulorum famularumque tuarum et omnium, pro quibus clementiam tuam implorare polliciti sumus et quorum quarumque eleemosynas suscepimus: et omnium fidelium Christianorum, tam vivorum quam defunctorum: ut te miserante, remissionem omnium peccatorum et aeternae beatitudinis praemia in tuis laudibus fideliter perseverando percipere mereantur, ad gloriam et honorem nominis tui, Deus misericordissime rerum Conditor. Per Christum Dominum nostrum. | |
| | | | Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi **óffero in** memóriam passiónis, Dómini nostri **Iesu Christi**: | | Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offerimus in **commemorationem** passiónis, resurrectiónis, ascensionísque **in cælum Dómini nostri Jesu Christi,** et honóre beatæ et gloriosæ Dei genitricis semper**que** Vírginis **Mariae**, et ómnium Sanctórum**, qui tibi placuérunt ab initio mundi:** | Súscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam Passionis, Resurrectionis, et Ascensionis Domini nostri Jesu Christi: et in honorem omnium Sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, et eorum, | |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad salútem; et **omnibus** illis pro nobis intercedentibus in cælis sit in salutem vivorum et requiem defunctorum. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen. | et quorum hic nomina, et reliquiae, habentur: ut illis **sit** ad honrem, nobis autem ad salutem: ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris. Per eundem Christum dominum nostrum. | |
| | | | et **præsta, ut in conspectu tuo tibi placens ascendat; et meam, et omnium fidelium salutem operetur æternam**. | | | Et suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem pro emundatione mea, ut mundes et purges me ab universis peccatorum maculis, quatenus tibi digne ministrare merear, Deus et clementissime Domine. | |
| In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur Dómine, a te: et sic fiat sacrifícium nostrum, ut **a te suscipiátur** hódie, **et** pláceat tibi, Dómine Deus. Per Christum Dominum nostrum. | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. | *Cf. Infra.* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur Dómine, a te: et sic fiat sacrifícium nostrum, ut **a te suscipiátur** hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. |
| Veni, sanctificátor omnípotens, aetérne Deus, et bénedic hoc sacrifícium tuo sancto nómini praeparátum. | | Veni, sanctificátor omnípotens, aetérne Deus, et bénedic hoc sacrifícium tuo sancto nómini praeparátum. | | | | | Veni Sancte Spiritus sanctificator, sanctifica hoc sacrificium de manibus meis tibi preparatum. |
| | | | | | Benedictio Dei omnipotentis Patris et Filii et Spititus Sancti descendat super hanc oblationem | Benedictio Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti copiosa de coelis descendat super hanc nostram oblationem: et accepta tibi sit haec oblatio, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, misericordissime rerum Conditor. | *(In principio Missae)* *Benedictio Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti: descendat super hanc* ***hostiam*** *tibi Deo Patri offerendam.* |
| | | | | | et maneat semper. Amen. | Amen. | *Amen.* |
| | | | | | | | *Adiutórium nostrum in nómine Dómini.* *Qui fécit cælum et terram.* *Sit nomen Domini benedictum.* *Ex hoc nunc et usque in sæculum.* Jube Domine benedicere. |
| Per intercessiónem beáti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsum istud dignétur Dóminus benedícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen. | Ab illo sanctificéris, in cuius honore cremáberis. In nomine Patris et filii et Spíritus Sancti. Amen. | | *Inciensación.* | | | | Ab illo **benedicatur**: in cujus honore **cremabitur**. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. |
| Incénsum istud a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine: et descéndat super nos misericórdia tua. | | | | | Incénsum istud a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine: et descéndat super nos misericórdia tua. | | |
| Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiae lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malítiae, ad excusándas excusatiónes in peccátis. | Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo. | | | | | Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. | |
| Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam aetérnae | | | | | | Ecce odor Sanctorum tanquam odor agri pleni, quem Deus benedixit. | Placare Domine per hoc incensum mihi et populo tuo: parcens peccatis |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| caritátis. Amen. | | | | | | | nostris: et quiescat ira et furor tuus: presta propicius: ut bonus odor simus tibi in vitam eternam. Amen. |
| *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | *(Cf. infra).* | Adjuvate me, fratres, in orationibus vestris, et orate pro me ad Deum.<br><br>Adjuvet te Pater et filius et Spiritus Sanctus. |
| Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuae, et locum habitatiónis glóriae tuae. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine.<br>Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in saécula saeculórum. Amen. | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuae, et locum habitatiónis glóriae tuae. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine.<br>Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in saécula saeculórum. Amen. | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuae, et locum habitatiónis glóriae tuae. | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ : et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam : et cum viris sánguinum vitam meam. | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuae, et locum habitatiónis glóriae tuae. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine.<br>Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in saécula saeculórum. | | Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua.<br><br>Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: |
| | | | *(Cf. supra L )* | *(Cf. supra R y B)*<br>*Offerens calix cum patena.* | *(Cf. supra L )* | | *(Benedicit oblata)*<br>In nomine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti regnas Deus in secula seculorum. Amen. |
| | | | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur Dómine, a te: et sic fiat sacrifícium nostrum, **ut** a te suscipiátur **hódie, et** pláceat tibi Dómine Deus. | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus, **in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.** | In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrifícium nostrum ut **a te suscipiatur** hodie **et** placeat Tibi, Dómine Deus **noster**. **Amen**. | | Accedam ad te in humilitate spiritus mei: loquar ad te quia multam spem in fortitudine dedisti me. Tu ergo fili David qui revelato mysterio ad nos in carne venisti: clave crucis tue: secreta cordis mei aperi: mittens unum de Seraphin: qui candenti carbone illo: qui de altari tuo sublatus est: sordentia labia mea emundet: mentem enubilet: docendique materiam subministret: ut lingua que proximorum utilitati per charitatem servit: nec erroris insonet casum: sed veritatis resultet sine fine preconium. Per te Deus meus: qui vivis et regnas in secula seculorum. Amen. |
| | | | | Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum in conspéctu tuo: **in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.** | | | |
| | Veni, Sancte Spíritus; reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende. | | | | | | |
